

iecto mobili aduenire: & hæc actualis acquisitione, prout continuat vnam partem formæ ad alia partem, extendendo illas inter se; vt vna alteri succedat: & non omnes simul hæc, inquam, extensio continua successiva inter partes formæ dicatur motus; cuius partes, idest, successiones partiales, continuantur indiusibilibus, quæ mutata esse communiter vocantur: sicut enim quantitas continua permanens partes substantiae extendet; vt vna ab alia diuidi queat: sic motus partes formæ entitatis extensas extendit; vt altera alteri succedat.

## 5. Nota.

Quinto notandum: quod motus ab alio habet; quod sit extensus: ab alio; quod sit cōtinuus; & ab alio; quod sit successivus: primum habet ratione quantitatis: secundum, ratione indiusibilium; quibus continuatur: tertium denique ratione formæ, que acquiritur: nam siue propter resistentiam mobilis ad Motorem, quæ conficit in hoc: quod mobile; dum mouetur; semper est sub aliquo, cui repugnat immediate, & simul habere terminum intentum: sive propter resistentiam mediæ ad mobile: quia Mouens debet medijs ordinatis naturaliter inducere formam; sive propter virtusque resistentiam ad mobile: non potest tota forma simul acquiri: & ideo ratione formæ causatur successio in motu; quæ quidem successio est motui intrinseca, & essentialis.

## 6. Conclus.

Dicendum primo, motus pro materiali ponitur in prædicamento formæ, ad quam est motus. Hæc est communis; & patet: nam motus pro materiali est ipsa forma fluens; quatenus tendit de esse imperfecto ad sui esse perfectum: ergo, &c.

## 7. Conclus.

Dicendum secundo, motus formaliter sumptus est vera, & propria species quantitatis continua, per se, & non per accidens. Hæc est Doct. ut supra: & probatur primo ex Arist. 5. Metaph. cap. 12. tex. 18. dicente: motum pertinere ad prædicamentum quantitatis: & subdit: Quod quia motus est quantus; & tempus quantum. Sed tempus est per se quantum: vt dicimus: ergo motus erit per se quantus.

Secundo, illa est species per se quantitatis continua, quæ per se habet partes extensas copulatas vnicum communi termino à reliquis terminis communibus essentialiter diverso: huiusmodi est motus formaliter, & contra mutationem sumptus: ergo probo minorem: nam motus, seu continuus fluxus, vnius formæ successive acquisibilis, habet partes mutatis esse terminatas, & copulatas: nam aliter qualibet forma in instanti acquireretur: quod experientia constat esse falsum: ergo motus habet partes extensas vnicum communi termino ab alijs distincto copulatas: ergo est per se species quantitatis continua.

3. Conclus.

Dicendum tertio, motus realiter à mobili, & à suo termino distinguitur: Hæc colligitur à Doct. ut supra; & 9. Metaph. quest. 14. prima pars probatur primo: mobile secundum se potest esse absque omni motu: ergo realiter distinguuntur: antecedens probo supponendo, cum Doct. in 2. distinc. 2. quest. 2. lit. E. quod mobile tripliciter considerari valet: vel prout est inter ter-

minos mutationis: vel prout est sub terminis: vel secundum se, cum aptitudine ad moueri: mobile primo, & secundo modo non potest esse sine motu: bene tamen tertio modo lumpum: & vt sic distinguuntur realiter à motu: & etiam alijs modis captum: nam motus est accidentis mobili ab extrinseco adueniens.

Secundo, mobile sèpe est substantia; & motus est ens successivum: sed permanens, & successivum, essentialiter distinguuntur: ergo & motus à motu.

Tertio, mobile est ens permanens, & motus est ens successivum: sed permanens, & successivum, essentialiter distinguuntur: ergo & motus à motu.

Secunda pars patet: illa realiter distinguuntur, quorum, uno manente, alterum non manet, & uno corrupto, alterum non corruptatur: sed motus, & eius terminus sunt huiusmodi: ergo: probatur minor: nam acquisto termino, cessat motus: habitibus enim praesentibus in materia, cessat motus, ex primo de generatione: ergo, &c. Alias rationes vide apud Coloniam quest. 26. quæ est terminus de motu.

Ad argumentum ad primum dico, quod Arist. in Logica loquitur de speciebus quantitatis formalium; & non de omnibus: illæ autem quinque sunt quantitates famosæ: quia habent rationem mensuræ: motus vero: quia non habent rationem mensuræ aliam à tempore; non numeratur inter species quantitatis famosæ.

Vel aliter: quod in Logica non loquitur ex mente propriæ rerum quidditates ibi inquirit; & ideo motum quantitatatem non appellat; eodem modo, quo in Metaphysica: vbi tempus quantitatem non nominat: quia quidditas temporis est idem realiter cum quidditate motus.

Ad aliud: quod vocat motum quantum per accidentem, dico: quod ly, per accidentem stat duplex: vel vt distinguitur contra per se; vel vt distinguitur contra ly, primo: motus est quantus per se; vt opponitur contra ens per accidentem: est tamen quantum per accidentem: quia non est quantus per se primo: nam prima quantitas est magnitudo permanentis: secunda, motus: tertia, tempus. Vel dic: quod est quantus per accidentem eo modo, quo Doctor hic ad primum primæ questionis, de tempore responderet.

Ad secundum, distingo antecedens: est extensio entitatis præsupponens essentiam partium, quarum extensio entitatis dicitur extensio: nego antecedens est extensio entitatis non præsupponens tales partes in suo esse quidditatem constitutas: sed ipsa est ipsarummet essentia: concedo: & runc talis extensio differt ab extensione entitatis accidentium materialium: nam talis præsupponit essentiam parium, quas ordinatio: non vero hæc extensio motus.

Ad tertium, nego minorem: nam motus immediate extendit formam; & mediate substantiam: hoc enim est proprium quantitatis successivæ, vt mediante magnitudine substantiam extendat.

Ad quartum, quod motus pro materiali est ens imperfectum; secus motus pro formalis, de quo loquimur: & de quo arg. non procedit.

AR.

## ARTIC. III.

An tempus sit vera species quantitatis continua à motu realiter distincta?

**Q**VIA subtilissimus Magister in duplice sententia, quæ circa hanc difficultatem cœteri solet, problemma ticus suile videtur: & nos vtramque amplecti; & earum rationibus solutionem adhibere, ex eius mente conamur: Ideo notandum primo, quod tempus est numerus motus secundum prius, & posterius: in qua distinctione, numerus; vt ait Doctor in soluzione ad tertium pro prima quæstionem: non sumitur pro numero prædicamentum; de quo iam diximus: sed sumitur large; quatenus idem, quod mensura significat.

Secundo notandum: quod sicut duplex est motus; communis; & specialis: communis est motus primi mobilis, qui est regularissimus; velocissimus; & maxime uniformis; qui in primo mobili, seu octava Sphera, quæ ipso motu diurno vniuersum voluit, subiectatur: Specialis est quilibet motus horum inferiorum, & aliorum a primo mobili: ita duplex est etiam tempus: alterum commune, de quo in 4. Physicorum cap. de tempore dicitur: idem tempus est ubique, scilicet, in Cœlo, & in terra: & tale tempus est mensura motus primi mobilis: alterum est tempus speciale, quo specialis motus mensuratur.

Tertio notandum: quod mensura est duplex; intrinseca, & extrinseca: intrinseca est ipsa rei du ratio, seu perseverantia: extrinseca est illa, que per accidentem mensurat aliud ab eo, quod per se, & intrinseca mensurat, v.g. tempus commune, quod est mensura intrinseca motus primi mobilis; quatenus mensurat motus inferiores, & specialis; dicitur mensura extrinseca: & talis extrinseca mensura semper realiter distinguitur à mensurato non vero mensura intrinseca: nam hæc sufficit, ut formaliter distinguat.

Quarto notandum: quod duo ad rationem mensuræ requiruntur: primum est certitudo: quætitas enim mensurans debet esse certa, invariabilis, & nota. Secundum quod sit primum illorum: quæ sunt in genere mensurabilium per illam: vt docet Arist. 4. Physicorum tex. 133. Præterea requiritur: vt sit vnum aquabile ab alijs illius generis: ita quod comparando aliis illis, cognoscatur esse numerus, & mensura illorum. Vnde entitas illa, cui hæc competit, à parte rei, optimæ mensura poterit appellari: & cu tempus sit quedam mensura motus: entitas illa, cui conditiones ad mensuram requisita conueniunt, merito temporis nomen sibi vendicabit.

5. Conclus.

Dicendum primo, tempus est per se species quantitatis cōtinua à motu realiter distincta. Hæc est Doct. 5. Metaph. q. 10. vbi sic ait: & coedo quod nullus motus, sed quætitas, quæ motus est quætitus, est alia species à magnitudine, & à tempore: ita quod tres sunt species quantitatis permanentis: scilicet corpus, superficies, & linea: & duas species successivæ: scilicet successio motus, & temporis.

Concedatur, Hæc Doctor. & idem docet in haec quæst. in solutionibus argumentorum primæ quæstionis: & probatur ratione.

Illaæ quantitates non sunt cædē realiter, quarum partes non sunt æquales in numero, & magnitudine in utraque quantitate: sed partes quantitatiæ in motu, & in tempore non sunt æquales: ergo nec motus, & tempus sunt idem realiter: minor probatur: cū eisdem partibus temporis possint esse plures partes motus æquales prioribus partibus temporis: vel tot inæquales: v.g. sit virtus mouens aliæ quod mobile velocius in duplo alia virtute mouete idem mobile: vt puta; Petrus mouet lapidem per miliarium in una hora: Angelus vero mouet eum de lapide per miliarium indimidia hora: quia habet virtutem velociorē in duplo: tūc omnes partes magnitudinis, quæ sunt in motu tardiori, sunt eriā in motu velociorē: & tamē partes temporis non possunt esse cædē partibus istorum motuum: quia illæ sunt inæquales: ergo motus, & tempus realiter distinguuntur: & cū tempus sit successio continua vnioco communis termino copulata; videlicet instanti: sequitur intentum.

Secundo, cuius partes copulatur ad aliquæ termini communæ ab alijs essentialiter distinctis, distinguuntur cōtinuitatem, & quantitatem essentialiæ: huiusmodi sunt motus, & tempus: nā illius partes mutatis esse: si in instantibus; quæ sunt inæquales: ergo motus, & tempus realiter distinguuntur: & cū tempus sit successio continua vnioco communis termino copulata; ergo, &c.

Tertio, tempus debet motu mensurare: ergo tempus cōmune mensurat motu cōmune: sed si motus, & tempus realiter sunt idem; tempus nequit motum mensurare: quia nihil est sui mensura: igitur videtur dicendum, tempus esse speciem à motu realiter diversam.

Dicendum secundo, tempus est idem realiter cum motu: sicut subiectu & passiu: & soli formaliter positivæ distinguuntur. tempusque redductu pernotatur in hoc predicamento. Hæc quoad priam partem est Doct. in 4. dist. 4. q. 2. lit. G. quam, si cut & precedente, approbare videtur in 2. dist. 2. q. 2. & 3. & probatur primo, tempus est numeratus motus: sed ipse motus est numeratus: ergo tempus est realiter numeratus motus: ergo tempus est realiter motus: & è cōtra. Maior est Arist. 4. Physicorum tex. 102. vbi diffiniens tempus per numerum se declarat dicens: quod sit numerus numeratus. Minor probatur: motus est numeratus per tempus: ergo est numeratus numeratus: sed tempus est realiter numeratus numeratus: ergo realiter est motus.

Secundo, si tempus est quid distinctum à motu: est etiam notius motu: quia mensura debet esse notior motu: at tempus non est notius motu: immo est oppositum: vt tempus non est notius motu: immo est oppositum: vt patet ex ijs, quæ dicit Arist. in 4. Physicorum tex. 97. de illis, qui in Sardo dormire fabulatur: ex eo enim quod nullū motu perspexerunt dormientes; nullū tempus præteriisse existimat: & tamē quingenti anni (vt ferunt) iam præterierant: ergo lignu est: quod tempus cognoscitur ex priori, & posteriori in motu: igitur tempus non potest esse mensura realiter distincta à motu.

Tertio, motus primi mobilis est aptus, & sit tempus: igitur tempus non est quantitas ab eo realiter distincta. Antecedens probo: nam motus iste fundamentaliter est certus; invariabilis;

Bb  
bilis

bilis; uniformis; & totissimus apud omnes; est etiam primus omnium motuum aliorum orbium; est minor, & velocior; ita quod alij motus possunt illi æquari, & commensurari; ex qua æquabilitate potest cognosci numerus, & quantitas illorum motuum: ergo cum haec tantum ad tempus requirantur: & motus primi mobilis fundamentaliter illa habeat; optime illi ratio temporis, & mensura tribui potest.

Secunda pars, nempe quod motus, & tempus formaliter distinguantur; patet: nam motus absolute consideratus non est formaliter tempus: quia, ut sic, non includit formaliter rationem mensuræ, quæ ad rationem formalem temporis exposcitur: ergo ratio mensuræ distinguuntur formaliter à motu: sed ratio mensuræ est ratio formalis temporis: ergo, &c.

Tertia pars est manifesta: nam omnis propria passio ponitur in prædicamento sui subiecti; tempus est propria passio motus, secundum omnes: ergo, &c. Et quia de hoc problematicus videtur Doct: ideo ad argumēta pro vtraque conclusione responderetur.

*Ad primū pro prima conclusiō.* Ad primum pro prima conclusione dico: quod Doct: sequens communem opinionem in Logica, & in Metaphysica tenuit tempus esse speciem quantitatis à motu realiter distinctam: postea in secundo sententiarum problematice processit: tandem in quarto se determinauit: & huic loco est standum.

*Ad secundū.* Ad secundum dico: quod procedit de tempore communi; quatenus est mensura motuum specialium; non vero vt mensurat motum communem: nam, ut sic, sunt æqualia.

*Ad tertium.* Ad tertium, nego minorem: nam sicut tempus est idem realiter cum motu: sic instantis cum mutato esse: & ita sunt idem realiter, & distinguuntur formaliter.

*Ad quartum.* Ad quartum respondeo cum Doct: in 2. distinct. 2. q. 3. lit. B. ex Arist. 4. Physicorum tex. 114. vbi dicit: Tempus posse mensurare se; non quidem primo; sed determinando partem unam motus; quæ postea; cum nota est: nata est mensura totum: sicut enim solemus longitudinem aliquam; vt pannum mensurare vlna; quæ est longitudine determinata, & nota: sic possumus mensurare primum motum determinando aliquam illius partem; & postea per illam mensurare totum motum primi Cœli, qui est realiter tempus.

*Ad primū pro secunda conclusiō.* Ad primum pro secunda conclusione dico: quod numerus numeratus est ipsum tempus: nam cum tempus sit mensura reduplicacionis; reduplicantur plures partes temporis ad mensurandum partes motus: & tales partes reduplicate dicuntur numerus numeratus.

*Ad secundū.* Ad secundum dicendum: quod motus est notior tempore quoad sensus exteriores; ceterum tempus est notius motu quoad sensus interiores; communem, scilicet, seu imaginationem: & hoc sufficit.

*Ad tertium.* Ad tertium dico: quod motus primi mobilis est aptus ad causandam certitudinem, & extensionem in tempore: non vero vt talis aptitudo in tali motu reperta sit illa, quæ ad tempus requiriatur.

Ad quartum dico: quod tempus non est passio motus; nec motus est subiectum temporis: sed dicitur motus temporis subiectum: quia tempus aduenit mobili mediante motu, & hoc tantum vult Doct: in 4. vt supra.

*Ad quartū*

## QVÆST. III.

An quantitat̄ sit aliq̄d contrarium?

Amplius quantitat̄ nihil est contrarium, &c. cap. eod.



VAERITVR: an quantitat̄ sit aliq̄d contrarium? quod sic, videtur; primo, per rationes generales: Aliqua quantitas magis distat ab alia; aliqua minus: igitur aliqua maxime distat ab alia: sed contrarietas est maxima distantia in eodem genere, per Arist. 10. Tex. com. 13. & 24. Metaph. igitur aliqua quantitas alij cōtrariatur: prima consequentia ostenditur prius authoritatibus, & ratione supra.

Itē, in hoc genere, & in omni alio, est differentia secundum speciem: & illa est contrarietas, per Arist. 10. Metaph. Vbi supra igitur, &c.

Item, hoc arguitur per rationes proprias: quia per Arist. 5. Physicorum omnis motus est à contrario in contrariū; vel à medio in medium: sed in genere quantitatis est motus proprius dictus, per ipsum ibidem: igitur ibi sunt contraria; vel media inter contraria: & si media: igitur contraria.

Item, suscipere magis & minus; & recipere contraria, sunt proprietates cōvertibiles respectu cuiuscūque generis: sed quantitas suscipit magis & minus: igitur etiam contraria. Major patet inductiue: probatio minoris: magnū & paruum sunt per se passiones quantitatis, & eius tolius: sed magis & minus non sunt nisi vbi est magnū & paruum, & non alibi: igitur in solo genere quantitatis. Similiter; omne totum est

el maius sua parte: sed quantitas aliqua est per se pars alterius quantitatis: igitur in quantitate est per se magis & minus. Similiter, insunt per se æquale & inæquale: sed inæquale est magis vel minus: igitur, &c.

Item, magnum & paruum videntur quantitates contrarie: similiter sursum & deorsum: igitur, &c.

Ad oppositum est Aristoteles.

Ad questionem est dicendum: quod contrarietas sumitur æquiuoce: scilicet, proprie, & transsumptive: transsumptive dicitur absolute maxima distantia in genere: & extenditur ad oppositionem priuatiā: sicut in 1. Physicoru dicitur; principia esse contraria, pro forma, & privatione: oppositio enim hoc modo est contrarietas in omni genere: quia omnis diuisio generis est per differentias oppositas hoc modo contrarias: Sed contrarietas proprie sumpta est maxima distantia formari, qua natæ sunt fieri; & mūro se expellers circa id susceptiuū hoc modo negatur à substantia, & quantitate: & est hoc intelligendū in diffinitis; id est, in species quantitatis; vt dicit Arist. non forte in passionibus. Similiter, intelligendū est de quantitate secundū se: nō secundū esse naturale: quia forte illo modo habet contraria: vt dice respondendo ad argumenta.

Ad primum dicitur: quod in quantitate nulla est maxima distantia: sed sicut diuisio continui procedit in infinitum: ita etiam infinitas in continuis, & numeris causatis ex divisione eorum.

*Cap. despe-*  
*cie.*  
Contra hoc est, quod dicit Porphyrius: quod species specialissimæ sunt finitæ secundum naturam: licet non quoad nos: Hoc etiam videtur per rationem: quia qualibet species est pars essentialis unius: & in illis partibus non videatur possibilis infinitas: quia haec repugnat ordini, qui est bonum unius.

Potest igitur dici: quod quāvis essent infinita species in potentia quantitatis: licet nulla infinitatum alij contrarietur: quia nec maxime distat: tamen species intermedia his communis potest maxime distare ab alia specie intermedia communis illis: vt continuum maxime distaret secundum formam continuatatis à discreto: licet continua essent infinita; & discreta similiter.

Potest igitur dici: quod duæ primæ

rationes verum concidunt dē contrarietate primo modo dicta transsumptive: quia tantū de ista est utraque auctoritas Arist. intelligenda.

Ad tertium dico: quod ad quantitatē secundum se non est motus: sed, vt subiectum Naturali: & illo modo habet contrarietatem: vt imperfecta quantitas, perfectior: ad quas, & de quibus, sunt augmentationes, & diminutiones: iste differet: non sunt quantitatis secundum se: sed quantitatis naturalis: imperfecta enim dicitur, quæ non est debita species secundum suam formam naturalē: perfecta, per oppositum; nam, vt dicitur in secundo de anima: Omnia Tex. com. natura constantium est determinata ratio magnitudinis, & augmentationis: nō enim aliqua quantitas imperfecta absolute est in genere quantitatis: sed imperfecta tali enti naturali: & secundum hoc mouetur aliquid ab imperfecta quantitate ad perfectam; vel ē conuersio.

Contra: motus est ad rem aliquam generis: non ad ens per accidens, per Arist. in tertio Physicoru: tot sunt species motus; quot & entis; addit. Comen. 5. acquisiti per motum; sed quantitas subesse naturali non est species generis: sed ens per accidens; quia compagnum ex duobus, quorum unum alterum accedit: igitur ad quantitatem, sic, non est motus; sed ad illud, quod per se est in genere quantitatis; et motus: igitur illi est aliquid contrarium.

Potest dici: hic: quod ad quantitatē motus: ita quod adquisitum per motum; vt terminus, est per se in genere quantitatis: sed nō acquiritur, vt qualitas: sed sub tali modo essendi: & sub tali modo essendi habet contrarium. Tunc oportet dicere: quod non oportet illi formam, quæ est per se terminus motus, esse aliquid propriæ contrariū: sed tantum ei: vt acquiritur per motum. Tunc ad formam dico: quod quantitas subesse naturali; si intelligatur unum compositionis ex his; est ens per accidens: sed ipsa quantitas non: licet sumatur sub tali modo essendi: quando modus non intelligitur esse pars entis compositi ex duobus: & ita ad quantitatem est motus.

Ad quartū argumentum dico: quod aliquid est suscipere maius, & minus; & aliquid est suscipere magis, & minus; quia maius & minus dicuntur secundū quantitatē.